

75 lo ante et Persarum tributariis Asia et tot gentium spolia fastidio sunt! Modo sub Philippo seminudis amicula ex purpura sordent, aurum et argentum oculi ferre non possunt: lignea enim uasa desiderant et ex cratibus scuta rubiginemque gladiatorum. 24. Hoc cultu nitentes uos accepi et D talenta aeris
80 alieni, cum omnis regia supellex haud amplius quam LX talent(a esset, tant)orum mox operum fundamenta: quibus tamen – absit inuidia – imperium maximae terrarum partis imposui. 25. Asiaene pertaesum est, quae uos gloria rerum gestarum dis pares fecit? In Europam ire properatis rege deserto,
85 cum pluribus uestrum defuturum uaticum fuerit, ni aes alienum luissem, nempe in Asiatica praeda. 26. Nec pudet profundo uentre deuictarum gentium spolia circumferentes reuertere uelle ad liberos coniugesque, quibus pauci praemia uictoriae potestis ostendere: nam ceterorum, dum etiam spei uestrae
90 obuiam istis, arma quoque pignori sunt. 27. Bonis uero militibus cariturus sum, paelicum suarum concubinis, quibus hoc solum ex tantis opibus superest, in quod impenditur! Proinde fugientibus me pateant limites: facessite hinc ocius, ego cum Persis abeuntium terga tutabor. Neminem teneo: liberate oculos
95 meos, ingratis ciues! 28. Laeti uos excipient parentes liberique sine uestro rege redeuntes; obuiam ibunt desertoribus transfugisque! 29. Triumphabo, mehercule, de fuga uestra et, ubicumque ero, expetam poenas hos, cum quibus me relinquitis, colendo praeferendoque uobis. Iam autem scietis,
100 et quantum sine rege ualeat exercitus et quid opis in me uno sit». 30. Desiluit deinde frendens de tribunali et in medium armatorum agmen se immisit, notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripit nec ausos repugnare XIII adseruandos custodibus corporis tradidit.

80-1. talent(a esset (ualeret Walter, col. 1567) tant)orum mox Castiglioni: talentorum mox ω 103. corripit ω: corripuit Δ, contra numerum (Müller)

ni, ecco che alla fine provate sazietà dell'Asia e delle spoglie di tante genti! Prima mezzi nudi sotto Filippo, disdegnate i mantelli di porpora e i vostri occhi non sopportano l'oro e l'argento: rimpiangono i vasi di legno e gli scudi di vimini e la ruggine sulle spade. 24. Splendidi in questo equipaggiamento vi ho trovato, e con voi ho trovato cinquecento talenti di debiti, quando l'intero tesoro reale non (ammontava) a più di sessanta: (queste) erano le fondamenta per le grandiose imprese future: su di esse – stia lontana l'invidia – ho costruito un impero che abbraccia la parte più grande della terra. 25. Vi siete stancati dell'Asia, che per la gloria delle vostre gesta vi ha reso pari agli dèi? Abbandonato il vostro re, vi affrettate a partire per l'Europa, quando a molti di voi sarebbero mancati i mezzi per affrontare il viaggio se io non avessi estinto i debiti, e proprio con il bottino asiatico. 26. E non vi vergognate, mentre portate nel ventre senza fondo le spoglie dei popoli vinti, di voler tornare dai figli e dalle spose, a cui pochi fra voi possono mostrare i frutti della vittoria: perché gli altri, pur mentre andavate incontro alle vostre speranze, si sono impegnati anche le armi. 27. Di soldati davvero eccellenti sto per privarmi, compagni di letto delle loro concubine, ai quali di così grandi ricchezze rimane solo ciò che esige spese! A quelli che fuggono da me, dunque, si aprano le strade: andatevene di qui alla svelta, con i Persiani io proteggerò le spalle di chi si allontana. Non trattengo nessuno: liberatemi della vostra vista, cittadini < senza gratitudine! 28. Lieti vi accoglieranno genitori e figli, quando tornerete senza il vostro re: faranno ala a disertori e traditori! 29. Trionferò, per Ercole, della vostra fuga e, dovunque sarò, vi punirò con l'onore e col preferire a voi questi con cui mi lasciate. Saprete presto, d'altra parte, quanto valga un esercito senza il suo re e, insieme, quanta forza ci sia in me da solo!». 30. Quindi saltò giù dalla tribuna digrignando i denti e sfilò in mezzo alla folla dei soldati: indicati quelli che avevano parlato con più accanimento contro di lui, li afferra ad uno ad uno con le sue mani e ne affida tredici, senza che osino opporre resistenza, alle guardie del corpo perché li sorvegliano.

3, 1. Quis crederet saeuam paulo ante contionem obtorpuisse subito metu, 2. etiam cum ad supplicium uideret trahi nihil ausos grauiora quam ceteros? 3. Siue nominis, quod gentes, quae sub regibus <uiuunt, reges> inter deos colunt, siue propria ipsius ueneratio siue fiducia tanta ui exercentis imperium conterruit eos: 4. singulare certe ediderunt patientiae exemplum adeoque non sunt accensi supplicio commilitonum, cum sub noctem interfectos esse cognosset, ut nihil omiserint, quod singuli magis oboedienter et pie facerent. 5. Nam cum postero die prohibiti aditu uenissent Asiaticis modo militibus admissis, lugubrem totis castris edidere clamorem, denuntiantes protinus esse morituros, si rex perseueraret irasci. 6. At ille peruicacis ad omnia, quae agitasset, animi peregrinorum militum contionem aduocari iubet Macedonibus intra castra cohibitis et, cum frequentes coissent, adhibito interprete talem orationem habuit: 7. «Cum ex Europa traicerem in Asiam, multas nobiles gentes, magnam uim hominum imperio meo me additurum esse sperabam. Nec deceptus sum, quod de his credidi fama. 8. Sed ad illa hoc quoque accessit, quod uideo fortes uiros <et> erga reges suos pietatis inuictae. 9. Luxu omnia fluere credideram et nimia felicitate mergi in uoluptates. At, hercules, munia militiae hoc animorum corporumque robore aequae impigre toleratis et, cum fortes uiri sitis, non fortitudinem magis quam fidem colitis. 10. Hoc ego [non] nunc primum profiteor, sed olim scio.

3, 2. *etiam cum* Bentley: *et cum* ω *et del.* Modius 2-3. *nihil* Acidal: *nihil* ω 4. <uiuunt, reges> Stangl 10. *uenissent* ω: *fuisent* Bentley 20. <et> Vogel 23. *robore* Francinus: *robor* ω 25. *ego* M: *ergo* ω | *non del.* Acidal

3, 1. Chi avrebbe creduto che un'assemblea poco prima infiammata si immobilizzasse, presa da improvvisa paura, 2. mentre vedeva per giunta trascinati al supplizio alcuni che non avevano osato nulla di più grave degli altri? 3. A sgomentarli fu o la soggezione verso il titolo regale, poiché i popoli che <vivono> sotto i re venerano <i re stessi> tra gli dèi, o la speciale devozione che avevano per Alessandro o ancora la sicurezza con cui così risolutamente egli esercitava la sua autorità: 4. certo è che diedero un esempio unico di sottomissione, e così poco si lasciarono scuotere dalla fine dei compagni – di cui al principio della notte seppero che erano stati giustiziati – che non mancarono di svolgere ciascuno i suoi compiti con obbedienza e coscienziosità ancora maggiori. 5. E quando, il giorno dopo, andarono dal re e fu loro impedito di vederlo, mentre ciò era stato consentito solo ai soldati asiatici, fecero risuonare per tutto il campo un triste lamento, proclamando che sarebbero senz'altro morti se il re avesse persistito nella sua ira. 6. Egli allora, il cui animo era sempre fermo nelle risoluzioni prese, fa convocare un'adunata di soldati stranieri, costringendo i Macedoni dentro l'accampamento, e, quando si furono radunati in folla, con l'aiuto di un interprete pronunciò questo discorso: 7. «Mentre dall'Europa passavo in Asia, speravo che avrei aggregato al mio comando molte genti illustri, una gran moltitudine di uomini. E non mi sono ingannato nell'aver creduto a ciò che su di loro si raccontava. 8. Ma a quello si è aggiunto anche che io vedo ora davanti a me soldati valorosi <e> di incrollabile fedeltà ai loro re. 9. Avevo creduto che ogni cosa lì stillasse opulenza e che, per la troppa prosperità, si vivesse immersi nei piaceri. Invece, per Ercole, voi sostenete gli obblighi del servizio con slancio costante – tale è la forza del vostro animo e del vostro corpo – e, per quanto valorosi soldati voi siate, coltivate anche la lealtà al pari del valore. 10. È la prima volta che lo

3. D 109,3; J XII 11,9-12,6; A VII 11,1-4; P 71,4-7

Itaque et dilectum e uobis iuniorum habui et uos meorum militum corpori immiscui. Idem habitus, eadem arma sunt uobis, obsequium uero et patientia imperii longe praestantior est quam ceteris. 11. Ergo ipse Oxyartis Persae filiam mecum
 30 [in] matrimonio iunxi non dedignatus ex captiua liberos tollere. 12. Mox deinde cum stirpem generis mei latius propagare cuperem, uxorem Darei filiam duxi proximisque amicorum auctor fui ex captiuis generandi liberos, ut hoc sacro foedere
 35 omne discrimen uicti et uictoris excluderem. 13. Proinde genitos esse uos mihi, non ascitos milites credite. Asiae et Europae unum atque idem regnum est. Macedonum uobis arma do, inueteraui peregrinam nouitatem: et ciues mei estis et milites. 14. Omnia eundem ducunt colorem: nec Persis Macedonum morem adumbrare nec Macedonibus Persas imitari inde-
 40 corum. Eiusdem iuris esse debent qui sub eodem rege uicturi sunt». (* * *)

4, 1. «Quousque» inquit «animo tuo etiam per supplicia et quidem externi moris obsequeris? Milites tui, ciues tui incognita causa et captiuis suis ducentibus trahuntur ad poenam. Si mortem meruisse iudicas, saltem ministros supplicii muta.» 2. Amico animo, si ueri patiens fuisset, admonebatur, sed in rabiem ira peruenerat. Itaque rursus – nam parumper, quibus imperatum erat, dubitauerant – mergi in amnem, sicut uincti erant, iussit. 3. Nec hoc quidem supplicium seditio-
 5 nem militum mouit. Namque copiarum duces atque amicos eius manipuli adeunt petentes, ut, si quos adhuc pristina noxa
 10

30. in om. Δ 39. morem δ: more ω mores A 41. ad finem BL in margine «hinc deest»

4, 2. obsequeris γ: exequeris ω 3. et captiuis Stangl: a captiuis ω

dichiaro, ma lo so da tempo. Per questo ho bandito una leva di <
 giovani fra di voi e vi ho mescolato al nerbo dei miei soldati. Ave- <
 te la stessa tenuta, le stesse armi, ma il vostro rispetto e la vostra <
 disciplina sono di molto superiori agli altri. 11. Per questo mi <
 sono unito in matrimonio con la figlia del persiano Oxiarte senza <
 disdegnare di aver figli da una prigioniera. 12. Poco dopo, desi- <
 deroso di accrescere la discendenza della mia stirpe, ho preso in <
 moglie la figlia di Dario e ho invitato i miei amici più stretti a ge- <
 nerare figli dalle prigioniere, per annullare con questo sacro vin- <
 colo ogni distinzione tra vinto e vincitore. 13. Convincetevi <
 dunque che voi siete nati per essere miei soldati, non siete degli <
 aggregati. Il regno di Asia ed Europa è uno, ed è il medesimo. Vi <
 consegno le armi dei Macedoni, ho accettato e assimilato questa <
 vostra esotica diversità: siete insieme miei concittadini e miei sol- <
 dati. 14. Tutte le cose prendono lo stesso colore: non è per i <
 Persiani disonorevole conformarsi al costume macedone né lo è <
 per i Macedoni imitare i Persiani. Devono avere la stessa legge <
 quelli che sono destinati a vivere sotto lo stesso re». (* * *)

4, 1. «Fino a quando» disse «darai soddisfazione al tuo animo <
 anche con i supplizi, per di più di un genere straniero? I tuoi solda- <
 ti, i tuoi concittadini sono trascinati, senza un processo e per mano <
 dei loro prigionieri, al castigo. Se ritieni che abbiano meritato la <
 morte, sostituisci almeno quelli che infliggeranno la pena». 2. <
 Era con animo amico, se solo fosse stato in grado di accettare la ve- <
 rità, che gli veniva offerto questo ammonimento, ma l'ira di Ales- <
 sandro era ormai diventata furiosa. Ordinò dunque di nuovo – poi- <
 ché quelli a cui l'ordine era stato impartito avevano esitato un po- <
 co – che gli uomini fossero spinti nel fiume, incatenati com'era- <
 no. 3. Neppure questa esecuzione suscitò fra i soldati un moto <
 di rivolta. Si presentarono infatti, divisi per manipoli, ai loro co- <
 mandanti e agli amici del re chiedendo che, se giudicava alcuni an- <

iudicaret esse contactos, iuberet interfici: offerre se corpora irae, trucidaret. < * * * >

5, 1. Intuentibus lacrimae obortae praeuere speciem iam non regem, sed funus eius uisentis exercitus. 2. Maeror tamen circumstantium lectum eminebat; quos ut rex aspexit, «Inuenietis» inquit, «cum excessero, dignum talibus uiris regem?». 3. Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis, in quem se composuerat, cum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illud ultimum persalutatus est. Dimissoque uulgo uelut omni uitae debito liberatus fatigata membra reiecit, 4. propiusque adire iussis amicis – nam et uox deficere iam coeperat – detractum anulum digito Perdiccae tradidit adiectis mandatis, ut corpus suum ad Hammonem ferri iuberent. 5. Quaerentibusque his, cui relinqueret regnum, respondit ei, qui esset optimus; ceterum prouidere iam se ob id certamen magnos funebres ludos parari sibi. 6. Rursus Perdicca interrogante, quando caelestes honores haberi sibi uellet, dixit tum uelle, cum ipsi felices essent. Suprema haec uox fuit regis, et paulo post extinguitur. 7. Ac primo ploratu lamentisque et planctibus tota regia personabat; mox uelut in uasta solitudine omnia tristi silentio muta torpebant, ad cogitationes, quid deinde futurum esset, dolore conuerso. 8. Nobiles pueri custodiae corporis eius adsueti nec doloris magnitudinem capere nec se ipsos intra uestibulum regiae tenere potuerunt: uagique et furentibus similes tantam urbem

12. *irae, trucidaret* Modius: *ira retrucidaret* ω | post *trucidaret* in BLV correctores lacunam indicant

5, 13. *respondit* δ: *respondet* ω | *prouidere* Modius: *prouide* ω 22. *capere nec se* φ: *canecse* BL *carere nece* F *carere nec se* M

cora macchiati della passata colpa, ne ordinasse la morte: offrivano i loro corpi alla sua ira, che li scannasse tutti. < * * * >

5, 1. Gli occhi velati di lacrime dei presenti davano l'impressione di un esercito che guardasse non più il re, ma il suo funerale. 2. Si distingueva però particolarmente il dolore di quelli che attorniavano il suo letto; quando Alessandro li vide: «Troverete» disse, «quando sarò morto, un re degno di simili uomini?». 3. Incredibile a dirsi e a sentirlo raccontare, egli mantenne il corpo nella stessa posizione che aveva assunto quando si accingeva a far entrare i soldati, finché non fu salutato per quell'ultima volta da tutto l'esercito al completo. E appena la folla fu congedata, come liberato di ogni debito con la vita, abbandonò le membra sposate 4. e, fatti avvicinare gli amici – anche la sua voce aveva cominciato ad affievolirsi –, si tolse l'anello dal dito e lo diede a Perdicca, mentre a tutti raccomandava di far portare il suo corpo presso Ammone. 5. E quando gli domandarono a chi lasciasse il regno, rispose che lo lasciava al migliore; e che già prevedeva che a causa di quella competizione si preparavano per lui splendidi giochi funebri. 6. A Perdicca che di nuovo gli chiedeva quando voleva che gli fossero tributati onori divini, rispose che desiderava avvenisse in un momento in cui essi stessi fossero stati felici. Queste furono le ultime parole del re; poco dopo morì. 7. All'inizio l'intero padiglione reale echeggiava di gemiti, lamenti e colpi dati sul petto; poi tutto si era fermato, immerso in un triste silenzio, come in un deserto senza vita: il dolore aveva lasciato il posto al pensiero di cosa sarebbe successo dopo. 8. I nobili giovinetti, ai quali era affidata la protezione della sua persona, non riuscivano a contenere l'enormità del dolore né a rimanere nel vestibolo del padiglione reale: vagavano come forsennati e avevano

5, 1-6. D II 7,3; J XII 15,7-13; A VII 26,3; P 76 7-17. J XIII 1,7-8 17-25. J XIII 1,4-6; D II 8,3

luctu ac maerore compleuerant nullis questibus omissis, quos
 25 in tali casu dolor suggerit. 9. Ergo qui extra regiam adstite-
 rant Macedones pariter barbarique concurrunt, nec poterant
 uicti a uictoribus in communi dolore discerni. Persae iustissi-
 mum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortis-
 30 simum regem inuocantes certamen quoddam maeroris ede-
 bant. 10. Nec maestorum solum sed etiam indignantium uo-
 ces exaudiebantur, tam uiridem et in flore aetatis fortunaequae
 inuidia deum ereptum esse rebus humanis. Vigor eius et uultus
 educentis in proelium milites, obsidentis urbes, euadentis in
 35 muros, fortes uiros pro contione donantis occurrebant ocu-
 lis. 11. Tum Macedones diuinos honores negasse ei paenite-
 bat, impiosque et ingratos fuisse se confitebantur, quod aures
 eius debita appellatione fraudassent. Et cum diu nunc in uene-
 ratione nunc in desiderio regis haesissent, in ipsos uersa mise-
 ratio est. 12. Macedonia profecti ultra Euphraten <in> me-
 40 diis hostibus nouum imperium aspernantibus destitutos se es-
 se cernebant: sine certo regis herede, sine herede regni publi-
 cas uires ad se quemque tracturum. 13. Bella deinde ciuilia,
 quae secuta sunt, mentibus augurabantur: iterum, non de reg-
 no Asiae, sed de rege, ipsis sanguinem esse fundendum, nouis
 45 uulneribus ueteres rumpendas cicatrices: 14. senes, debiles,
 modo petita missione a iusto rege, nunc morituros pro poten-
 tia forsitan satellitis alicuius ignobilis. 15. Has cogitationes
 uoluentibus nox superuenit terroremque auxit. Milites in ar-
 mis uigilabant, Babylonii alius e muris, alius culmine sui quis-

24. *maerore* ω: *memore* P 35-6. *paenitebat* P: *paenitebant* ω 39. <in>
 Zumpt 41. *sine herede regni*: secl. Zumpt, Müttzell 46. *a iusto* B^cM:
iusto Ω

riempito di pianto e afflizione una città così grande, senza far mancare alcun lamento che il dolore in simili casi ispira. 9. Allora coloro che avevano aspettato fuori del padiglione reale, Macedoni e barbari insieme, accorrono senza che si potessero distinguere, nel comune dolore, i vinti dai vincitori. I Persiani nell'invocare il signore più giusto e più mite, i Macedoni il re ottimo e più valoroso, facevano a gara per esprimere la loro pena. 10. E non si sentivano solo le voci degli afflitti, ma anche quelle di chi era sdegnato che, così giovane e nel fiore dell'età e della fortuna, egli fosse stato strappato al mondo degli uomini dall'invidia degli dèi. Ai loro occhi riaffiorava il suo vigore e il suo volto quando guidava i soldati in battaglia, quando assediava le città, quando scalava le mura, quando ricompensava i valorosi davanti all'esercito riunito. 11. I Macedoni si pentivano allora di avergli negato onori divini e riconoscevano di essere stati empì e ingrati per avergli precluso di sentir pronunciare il titolo che gli era dovuto. E dopo che ebbero continuato a lungo ora a onorare come un dio ora a rimpiangere il re, la commiserazione si rivolse a loro stessi. 12. Partiti dalla Macedonia, si vedevano abbandonati oltre l'Eufrate <in> mezzo a nemici che rifiutavano il nuovo dominio: senza un sicuro erede del re, senza un erede del regno ciascuno avrebbe cercato di trarre a sé le forze comuni. 13. Si prefiguravano poi nelle loro menti le guerre civili che in effetti seguirono: avrebbero dovuto di nuovo versare sangue, farsi riaprire le vecchie cicatrici da nuove ferite, e non per avere il dominio dell'Asia, ma per deciderne il signore: 14. vecchi, deboli, dopo aver appena chiesto il congedo al loro legittimo re, erano destinati ora a morire per dare il potere forse a qualche oscuro luogotenente. 15. Mentre erano immersi in questi pensieri, sopraggiunse la notte e fece aumentare il loro terrore. I soldati vigilavano armati, i Babilonesi - chi dalle mura, chi dal tetto della propria casa - ten-

50 que tecti prospectabant quasi certiora uisuri. 16. Nec quisquam lumina audebat accendere. Et quia oculorum cessabat usus, fremitus uocesque auribus captabant ac plerumque uano metu territi per obscuras semitas alius alii occursantes inuicem suspecti ac solliciti ferebantur. 17. Persae comis suo more
55 detonsis in lugubri ueste cum coniugibus ac liberis non ut uictorem et modo [ut] hostem, sed ut gentis suae iustissimum regem uero desiderio lugebant. Adsueti sub rege uiuere non alium, qui imperaret ipsis, digniorem fuisse confitebantur. 18. Nec muris urbis luctus continebatur, sed proximam
60 regionem ab ea, deinde magnam partem Asiae cis Euphraten tanti mali fama peruaserat. 19. Ad Darei quoque matrem celeriter perlata est. Abscissa ergo ueste, quam induta erat, lugubrem sumpsit laceratisque crinibus humi corpus abiecit. 20. Adsidebat ei altera ex neptibus nuper amissum Hephaestionem, cui nupserat, lugens propriasque causas doloris in com
65 muni maestitia retractabat. 21. Sed omnium suorum mala Sisigambis una capiebat: illa suam, illa neptium uicem flebat. Recens dolor etiam praeterita reuocauerat. Crederes modo amissum Dareum, et pariter miserae duorum filiorum exequias
70 esse ducendas. Flebat simul mortuos uiuosque. 22. Quem enim puellarum acturum esse curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum esse se captas, iterum excidisse regnum. Qui mortuo Dareo ipsas tueretur, repperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non reperturas. 23. Subibat inter
75 haec animum LXXX fratres suos eodem die ab Ocho, saeuissimo regum, trucidatos adiectumque stragi tot filiorum patrem; e septem liberis, quos genuisset ipsa, unum superesse; ipsum

54. *comis suo* Palmer: *comisso* Ω 56. *ut om.* δ 57. *Adsueti: ac sueti* PB
assueti B^cFLV 62. *quam* P: *qua* ω 66. *retractabat* Freinsheim: *retracta-*
bant Ω 70. *Quem* P: *quam* ω 72. *regnum* P: *regno* P^cω

devano lo sguardo come se si fossero aspettati di vedere cose illuminanti sulla situazione. 16. Nessuno osava accendere fiamme. E poiché gli occhi non erano più d'aiuto, con le orecchie coglievano rumori e voci, e il più delle volte, spaventati da ingiustificato terrore, si affrettavano per le vie buie passandosi accanto l'un l'altro pieni di reciproco sospetto e preoccupazione. 17. Con i capelli tagliati secondo la loro usanza, abbigliati a lutto, i Persiani, insieme alle loro spose e ai figli, piangevano Alessandro con sincero rimpianto come se fosse stato non il loro vincitore e fino a poco prima un nemico, ma il più legittimo sovrano del loro popolo. Abituati a vivere sotto un re, ammettevano che nessun altro era stato più degno di comandare su di loro. 18. E il cordoglio non era confinato nelle mura della città, ma la fama di una sciagura così grave si era propagata alla regione vicina a Babilonia, e poi a gran parte dell'Asia al di qua dell'Eufrate. 19. La notizia fu presto portata anche alla madre di Dario. Laceratasi la veste che indossava, se ne mise una confacente al lutto e, strappatisi i capelli, si prostrò a terra. 20. Accanto a lei era seduta una delle nipoti, che piangeva il marito Efestione, morto da poco, e che nella comune tristezza rinnovava le ragioni del proprio dolore. 21. Ma Sisigambi sopportava da sola il peso dei mali di tutti i suoi: lei piangeva il suo destino, lei quello delle nipoti. Il recente dolore aveva fatto riaffiorare anche le vicende del passato. Si poteva pensare che Dario fosse da poco scomparso, e che la poveretta dovesse celebrare anche le esequie dei due figli. Piangeva insieme i morti e i vivi. 22. Chi si sarebbe preso cura delle giovinette? Chi sarebbe stato un altro Alessandro? Di nuovo erano state prese prigioniere, di nuovo il loro regno era caduto. Morto Dario, avevano trovato chi le proteggesse; qualcuno che si curasse di loro dopo Alessandro, non l'avrebbero certo trovato. 23. Tra questi pensieri le veniva in mente che i suoi ottanta fratelli erano stati trucidati nello stesso giorno da Oco, il più spietato dei re, e che alla strage di tanti figli si era aggiunta quella del padre; dei sette figli che ella aveva generato, uno solo restava; lo stesso Dario per